Actum in Curia Regia Branscen. Feria quarta in vigillia Festi Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ prox. Anno Dni Millesimo sexcentesimo quadragesimo Nono

G. Malinowski approbatio

Coram offio et actis præsen. Castren. Capitan. Bransen. ptr comparen. Gnosus Jacobus Sudek Wilcewski in Buzuny hæres sanus mente et corpore exns palam libereq. recognovit Quia ipse inhærendo inscriptionibus et submissionibus per Nobilem Joannem Tuszewicki et Mariannam Wilcewska sororem suam patruelem coniuges circa resignationem perpetuam bonorum Malinowo Kalnica Gnoso Joanni Michaeli Malinowski in Kalnica hæredi et cessionem reformatorij recognita factis quibusmediante submiserunt se amicos ad approbandum easdem Inscriptiones et ex iure eiusdem reformatorio renunciation. statuere se submiserunt eidem submissioni satisfaciendo memoratas inscription. tam donatorias quam et cessionarias suprascripto Gnoso Joanni Michaeli Malinowski super bona omnia mobillia et immobillia in hæreditate Malinowo Kalnica consisten. Coram actis præsentibus recognitas uti frater patruelis ex iure eius reformatorio et alio quovis prætexto consentien. tam in toto quam in qua vis minima parte approbat confirmat et ratificat personali sua recognitione mediante.

Tuszewicka Wilcewska Debitum

Coram offio et actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Bransceñ personaliter comparens Gnosus Joannes fvita Tuszewicki in Holowki vigore iurium suorum possessor olim Joannis filius sanus mente et corpore exns palam ac libere recognovit Quia Generosæ Mariannæ Wilczewska filiæ olim Simonis Coniugi suæ legitimæ et ipsius legitimis succoribus summam duorum millium florenorum numeri et monetæ polonicalis ex summa Quatuor millium florenorum polon. sibi in bonis Holowki servien. et spectan. in eisdem bonis Holowki et summa suprascripta modo certi veri et liquidi debiti per se aut successores suos solvendam inscribit et assecurat ad primam requisitionem eius vel ipsius legitimorum succorum sub vadio simili aliorum duorum millium florenor. polon. Et Coram officio Castrensi Branscen. in primo Citationis Termino peremptoria responsione ac Citatis omnibus satisfactione nullis controversijs exceptionibus allegation. evasion. dillationibus infirmitatibus actione pro maiori minorennitate succorum tarda extraditione mala positione in ordinata scriptione Citationis vel causæ talijsq. iuris remedijs et defensis legalibusq. impedimen. etiam de iure concessibili præsebet succoribus reservando personali sua recognitione mediante